Et post propositionem suam, modo premisso factam, deducto parti citata legitimo termino, rem contentis omnibus citationis suae verificatis petiit eandem ad Iudicialem responsionem stringi et compelli; Iuris remedijs saluis in toto sibi reservatis.

In contrarium pars citata salua euasione super ignorantia processus sibi reseruata, male obtentum processum esse dixit, Eo quod Introductio non tempore Decreto assignato sit acceptata, nec suo meatu (quoniam simul et semel tam in bona exemptibilia quam per tuoris onerata sit terminata) incurrit. Immo nec pecunia in Iudicio Terri posita sine Actorum arbitrio leuari possunt, quoniam de cautione agitur. Citationes etiam prosequutoriales appellorum non admissarum locum non habent. Tum iuramento una ex citatis scilicet Virgini indulto processum nulla ob causam super ipsa obtinuerunt et quod maius est, nulla lacessiti iniuria inquisitione Almalis et Nobilium id docerent citatos processu conuincere voluerunt; quoniam itaque in processu nec fundamentum immo saltus ac variationes apparent; Ideo citati se ab eiusmodi processu tanquam male et erronee obtento, liberos et absolutos pronunciari petierunt; Reseruatis de iure reseruandis.

Actores vero deduxerunt Iudicio primo bene obtentum processum esse, ex his rationibus: Prima, quod citati allegant: Quia Introductio non tempore in Decreto assignato est acceptata, id eas minime iuuare potest, siquidem hoc in libero arbitrio Actorum erat, Introductionem quandocunque voluerint affectare. Secunda, quod allegant citati: Quia Introductio acceptata erat una die tam in bona exemptibilia quam in vadio, et hoc minime obesse potest; Nam postquam citati in bona exemptibilia introductionem non admiserunt; Actores exnunc in vadio Introductionem affectabant, quibus non admissis tam in bona exemptibilia, quam in vadio, Relatio Almalis et Nobilium coram Officio facta est. Tertia quod allegant citati Quia post indultum iuramentum super una ex citatis scilicet virgine processum Actores obtinuerunt, et eo similiter ellidere non possunt, Quoniam post indultum iuramentum, per Virginem introductione

in bona

in bona exemptibilia non admissa processus super ipsa continuatus est, petens ut Iudicium pmis frustraneis et friuolis exceptionibus ipsarum in partem reiectis, tum bene obtento processu adinuento, cittis procedere decernat. Ressuatis ressuam.

Et Iudicium pmis Capneale Castren Lublinen, controuersijs partium Actor per Parentem et Tutorem suum, cittae vo per Nobilem Sebestianum Trzebienshy, plenipotem, coram se factis, bene diligenterque exauditis et intellectis, bene obtentum esse processum adinuenit, et cittis ulterius procedere decreuit.

Quam Sententiam et Decretum pmis pars citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley à Dambrowica Capneum Lublinen ad Iudicia Ordinaria Gnalia Tribilis Regni Lublinen, proxe celebranda, per Mnalem Gnalem Regni Nobilem Joannem Zaleshy mouit seu appellauit, Terminum ipsi sententiae expurgand, sibi vo et parti motionis et causae suae prosequen, inter Causas Exemptionum iux Constitutionem prefigen et assignando.

Quam appellationem Iudicium pmis Castren Lublinen parti cittae admisit. Terminum partibus modo pmisso inter Causas Exemptionum iux Constitutionem conseruando.

Inter Sroczkowskie Motiw.

Proposuerunt Iudicialr coram pnti Capneali Castren Lublinen Iudio, infrascripta dellatrix cum suo Instigatore Actor pars, contra infrascriptum cittum, ex cittone sua infrascripta cuius tenor sequitur talis:

Joannes Firley à Dambrowica Lublinen etc Capneus. Tibi Gnoso Andreae Sroczkowshy, filio olim Gnosi Adami Sroczkowshy de persona tua ac bonis tuis oibus tanquam impossonato, quoniam de possone tua fixa non constat, excepta summa per Gnosum Joannem Crensky super bonis Lesznik tibi inscripta, quae pnti cittatione tibi arestatur, vigore Regio et nra qua in hac parte fungimur authoritate Capneali mandamus, quatenus coram nobis seu

Iudicio